



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Antonivs Episc. 12. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

12. FEB. *Vita Sanctorum.* 99
nali iussit. Sed negavit illa pedem e
pugnâ referre, negavit fratrem se ag-
noscere, qui non eundem patrē (Deo-
rum cultui addictissimus erat) Christū
clamaret. Itaque latâ mortis sententiâ
virgini palmam invitus iudex cessit. In-
terea nunquam sapius Superi VICTO-
RIAM clamarunt. *Ex Surio.*

S. ANTONIVS EPISC.

12. Februarii.

Invidebis iuventus suum ANTONIO
puerulo Doctorem. Hic, si nescis, S.
Spiritus erat. Hoc, neque alio magistro
primas ille literas didicit. Et vero Mi-
nerval cælo dignum persolvit; sive cū
ludentis pueritiæ societatem. averfatus
viro digna puer egit, aras struxit, aris
thura, & quæ thure suavius olent apud
Superos, preces dedit; sive cū postea
mundo totum sese surripuit Numinis-
que cultui inter monachos mancipa-
vit. In hâc quoque virtutis scholâ tam
profecit ANTONIVS, ut in suam dein-
de sententiam mundi que contemptum
etiam parentem pellexerit. Et vidisses
tunc grandævum parentem sub filii
disciplinâ adolescere, vitæ rationem à
filio discere, jamque in filio parentem
agnoscere. Sed hoc quoque mortuo
ANTONIVS in hereditatem miseros
evocavit. At cū in tot heredes non
sufficeret illa, ingentem auxi vim An-
gelus

gelus auctarium adjecit. Plura deinde Episcopatus Constantinopolitanus suggestit, ut infula jam non tam ANTONIVM quàm miseros regeret. A morte mulierem, quæ crus fregerat, ut funus comitari posset, in pedes crexit, & ut hæredes suos neque mortuus videretur neglexisse, crescere, quæ tunc erogabatur, inter manus stipem fecit. Odor denique mirus etiam in cadavere virtutem laudavit. *Ex Niceph. apud Sur.*

S. IVLIANVS C. 12. Februarii.

QVoties dum hostem petit, se faciat & suos ira! Domo aberat IVLIANVS, familiam conjuge curante. Interea parentes adsunt, & quem puerum amiserant, filium quærunt. Heu quàm præstabat nunquam invenire! At conjux gratulata sibi, quòd benefacere etiam absenti IVLIANO in parentibus posset, humanissimis verbis hospites salutatur, epulo lautissimo excipit, ab epulo in suo thalamo molliter locat, nescios funebrem se lectum conscendere. Et fortè jam filium somniant: cum ecce adest hic, & ubi primum à geminis premi lectum videt, sive nox, sive thori violati suspicio oculos fascinauerat, præcipiti vindictâ utrumque ferro trajicit, lectumque dum ab adulterio purgare parat, ah! paricidio maculat. Mox uxor superveniens, & dies faci-